**www.e-rara.ch**

# De libero arbitrio disputatio theologica

## Grynaeus, Johann Jakob

## Basileae, Anno 1583

**Universitätsbibliothek Basel**

Shelf Mark: UBH Frey-Gryn E IV 2:38

Persistent Link: http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-12976

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

# DE LIBERO ARBITRIO DISPUTATIO THEOLOGICA, DE QUA PRAESIDE IOHANNE IACOBO GRYNAEO, RESPONDEBIT, IACOBUS ARMINIUS, Hollandus, ad diem Febr. XIIII. Anno à Christo nato. M. D. LXXXIII.









VERBUM DOMINI MANET IN ÆTERNUM

I. FErt animus, ad Dei laudem & nostram institutionem, demonstrare, Deum qui dem esse αὐτεξούσιον, & liberrimũ agens: Hominem verò esse ὑπεξούσιον: sic ut eius libertas sit circũscripta suo centro spacioq; videlicet Dei Lege.

2. Ei soli rectè tribuitur ἡ αὐτεξουσιότης, qui quum summè bonus sit, bona sola immutabiliter intelligit, vult & facit perfectißimè: & ab omni malo summè alienus est. Deus autem solus eiusmodi est. Solus igitur ille perfectißimè αὐτεξούσιος est.

3. E contrario, Ei rectè tribuitur ἡ ὑπεξουσιότης, qui quũ initio ad Dei imaginẽ purus bonusq; (sed mutabiliter) conditus esset. sic ut ἐν προαιρέσει Deo obedire posset. si uellet: spontanea inobedientia, seruũ se peccati, liberũq; à iusticia effecit: sed, à Filio liberatus, seruus fit iusticiæ, liber aũt à peccato, sanatis in eo uirib. intelligendi & eligendi: Olim aũt perfectè restitutus, non poterit peccare. Eiusmodi est homo is, cuius salute gloria gratiæ Dei illustratur. Est igitur is uerè ὑπεξούσιος.

4. Declarãtur aũt huius uires, partem Libertatis & Seruitutis: partim Obiectorum, necessaria distinctione.

5. Libertas pia (cum iusticiæ seruitute coniuncta) fulsit olim in Creationis statu, quando primum creatus est homo rectus, ac potuit non peccare: sed potuit & peccare: nunc emicat in Gratia regenerãtis statu, in quo mortificatur Caro & peccans peccatũ: & instauratur virium in homine ἀταξία, & ἐνέργεια: fulgebit aũt olim perfectè & perpetuò in statu plenæ nostræ instaurationis: quo florente homo non poterit non ἐν προαιρέσει & quidem perfectè obedire Domino Deo suo.

6. Seruitus impia (quæ cũ illiberali manumißione à iustitia, cõcurrit) in statu peccati regnantis. nec reliquam in Mente hominis lucem (quæ ἀναπολόγητον corã Deo facit) nec Mẽtis Voluntatisue physicas uires tollit: sed benè uelle eripit: malè aũt uelle substituit: ac necessitatem peccandi, quæ (quũ ἑκουσίως accersita sit minimè excusat) inuexit.

7. Etsi aũt antè Conuersionẽ Hominis, eius voluntas, quũ sit principale subiectũ, nõ est efficiens caussa conuersionis: tanta tamẽ est ἐνέργεια Sp. Sancti, ut post illuminationẽ & uiuificationẽ mẽtis & uoluntatis, hæc statim incipiat, & in totius sanctificationis τῷ ἐνδελεχισμῷ, seu cõtinuatione, Spiritui S. pergat συνεργεῖν, ut beatũ Melãchthonẽ censuisse, persuasum habemus. Meminerint aũt Pij, hic agi de obiectis spiritualib. liberi arbitrij iam sanati: nõ aũt de Ethicis & Physicis, de quib. Philosophorum fuerit, disputare.

8. Ex his omnib. rectè colligimus, Deũ solũ esse liberrimũ agẽs: Homini aũt, à seruitute Peccati redẽto, definitæ libertatis facultatẽ, (quæ tamẽ peccati peccãtis extenuatione, & hominum meritis plus æquo, & Christi meritò minus quàm par sit, neutiquã aßignet) esse tribuendam.

MATHEUS ❊ MARCUS ❊ LUCAS ❊ IOANNES.



BASILEÆ ANNO A CHRISTO SERVATORE 1583.



193

38